



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

9. Dies 4. infra Octavam Epiphaniæ. De modo agnoscendi purum amorem  
Dei.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

## MEDITATIO IX.

*Dies 4. infra Octavam Epiphaniæ.*

*De modo agnoscendipurum Amorem  
DEI.*

**V**idebo potiozem Deum amantium par-  
tem nec unicum adhuc puri amoris a-  
ctum elicuisse. Petam id agnoscere & evitare.

*Conf. 1.* Amor Dei comminantis à chari-  
tate eijcitur, utpote servilis: Amor Dei bene-  
fici non est amicitia, sed concupiscentia, ut-  
pote mercenarius: Amor Dei mihi dulcis, est  
amore proprio vitiatum. Quærit enim dulce-  
dinem Dei, non Deum. Amor erga Deum  
amore me prævenientem trahentemque, est  
gratitudinis, attenditque ad bonum priva-  
tum. Denique amor erga Deum novis at-  
tribus mihi se desponsantem, unientem, illu-  
minantem, unicum se bonum esse meum  
demonstrantem, æquè fumo amoris proprii  
mixtus est: quis enim non amet ita pro se  
Zelantem Deum? Itaque multi, dum putant  
se alie in amoris Dei studio processisse, repe-  
riunt, se hucusque nec unicum puri amoris  
Dei actum elicuisse.

*Conf. 2.* Duplex remedium quod Deus  
adhibet, ut animam ad puritatem amoris  
Divini sublevet. 1. ostendit ei quàm imper-  
fecte Deum amet, ut pudeat. 2. sublevat  
illam

18 *Dies 4 infra Oct. Epiphaniæ.*

illam ad videndam infinitam Bonitatem  
cum perfectionibus suis infinite amabilem  
licet nullam transgressoribus poenam fuisset  
comminatus, licet nullum inde ad nos pra  
mium resultaret: atque hinc oritur ille pur  
amor Dei, quo Deus amatur, quia est, qui est  
Qui amor interruptus animam vulnerat  
frequentatus febricitantem efficit, Deo  
sic unit, lumine & affectu crescente, ut eodem  
quantum fas est, in hac vita fruatur.

*Conf. 3.* Modum agnoscendi, an puro  
more Dei movear, esse, si non peccem deli  
berate, quantumvis leviter, si nihil agam  
passione animi inordinata, si (& hoc est co  
tidianum puri amoris indicium) tempore  
lati quod haberi à Deo potest maximi, quod  
quid tunc facio, idem absente omni solacii  
præsenre omni desolatione facerem, æqu  
libenter, imò libentius: quia si propter de  
um Dei, libentius propter ipsum Deum  
oportet agere, non sensibiliter, sed plenâ vo  
luntate, quantum à gratiâ sublevor. Petat  
debilitatem spiritûs mei sublevari ad amo  
rem illum.

MEDITATIO X.

*Dies 5. infra Octavam Epiphaniæ.*

*De septem excitatorijs ad perfectionem*

**A**spiciam fervorem triû Regum aspiranti